

VI. Observatio de fæmina, quæ, non obstante  
vaginæ uteri coalescentiâ, infantem pe-  
perit.

**A**d feminam ruri habitantem in puerperio enitentem, ante aliquot septimanas accercitus eram, quæ parturientis doloribus per biduum laboraverat, absque ullo tamen effectu nam ne guttula quidem sanguinis aut aquæ adhuc effluxerat, vetula obstetrix quæ prius aderat mihi venienti retulit, se nunquam quampiam Visitasse, cuius Uterus tam clausus erat, quod cum exploraveram ita se habere sensi, nam Vagina Uteri (paulo supra duclum Urinæ) firmi-  
ter coaluerat & latera ejus tam arcta unita erant, ac si semper Unica essent membrana, nam specillo non daretur transitus versus Uterum (nisi membrana prius perforata) ab ejus marito interrogabam quam diu Vulva tam clausa esset, respondit per quinquennium, viz. a tempore prioris puerperii, quo in dificili parti huic obstetricaveram; quod coalescentia tam arcta erat non tactu solum, sed visu deprehendi: rebus sic habentibus, puerperii ejus spem penitus abjeci, sefellit me tamen conjectura, nam post integrum fere diem, multos sortesq; Enixos, una cum auxilio manus obstetricis aliquantulum aperta (& ni fallor lacerata) erat membrana, adeo ut digito minori daretur ingressus: hanc apertitionem (ut ad partum conduceret) per speculum matris dilatare visum est, hoc facto magna hemorrhagia statim sequebatur, unde infelix fæmina ita debilitata erat, ut sex vel septem horis a partu infantis mortua expiravit.

In animo etiam, atque etiam volunti, quomodo fieri posset ut in utero conciperet hæc mulier, ad quem membrum Semenve Virile nunquam accederat, mihi in mentem venit opinio doctissimi Harvei nostri in libro de generatione divulgata (cui ob hanc demonstrationem assenire cogor)  
viz.

viz. quod fetus non formatur ex semine masculino in uterum ejecto, sed tota massa Sanguinis (quasi per contagium) vim plasticum à Semine virili accipiens ovis uterinis communicat, unde fiunt fertilia, & eo magis cum illo sentio, quam scio hanc feminam Infantulum vehementer appetuisse, unde procul dubio eo majori desiderio cum virorem habuit, & maxime probabile videtur quod inflatis mulieribus instantे coitus Spiritus eo tunc temporis affatim affluentes effluvia aliquot a semine virili attraxerunt, Sanguinisq; masse & deinceps ovis Uterinis Fecunditatem communiearunt.

*Nota quod non obstante hac clausura  
frequenter per menses purgata erat  
antequam utero concepit.*

VII. Account of Books. 1. Numismata, a Discourse of Medals, Ancient and Modern; together with some Account of Heads and Effigies of illustrious and famous Persons, in Sculps, &c. To which is added, a Digression concerning Physiognomy. By J. Evelyn, Esq; S. R. S. Printed for Benj. Took, &c. 1697. in Fol.

THE Ingenious Author of this Treatise, who has so often obliged the World with many useful Pieces, cultivating and advancing as well Natural Philosophy as other Parts of Learning and Arts, has in this Discourse given a Learned Account of Ancient and Modern Medals, informing the Reader, in his Epistle, That having begun this Work about Five Years since, he desisted from prosecuting it, upon the Publishing of Mr. Walker's